

## PIVS PP. XI

**D**ilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex apostolico munere, quo fungimur, Ecclesiarum omnium cura Vobis commissa sit, felici illarum statui ac prospero regimini pro re ac tempore consulimus. Jamvero cum bo. mem. Dominicus Pozzani, Vicarius Apostolicus de Hong-Kong, de re christiana optime meritis, in pace Christi quiesceat et duobus abhinc annis praedictus Vicarius Apostolicus suo mandatis obatus Pastore, Nos, ad illius provisionem animam intendentes, collatis consiliis cum V. M. N. S. N. S. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei Praepositis, omnibusque rei momenti sedulo studio perpensis, in demerui locum te nominare existimavimus, quem doctrinae copia, vitae integritas, morum suavitas, provehendae religionis studium, atque eximia animi ingenique ornamenta ad id munus maxime commendant. Quae cum ita sint, his Litteris, auctoritate Nostra, te, Episcopali characteris more decorandum, **Vicarium Apostolicum de Hong-Kong** eligimus, facimus atque renuntiamus, tibi que facultates omnes necessarias atque oportunas tribuimus ad officium idem salubriter ac fructuose in Domino implendum. Mandamus propterea omnibus et singulis, ad quos pertinet, ut te in Vicarium Apostolicum de Hong-Kong atque in liberam muneris ipsius exercitacionem recipiant, admittant, tibi que favent, praesto sint ac pareant, tuaque salutaria monita ac mandata reverenter excipiant atque impliant actuose, neque illis officiant, recedentem a te in detractantes, rite salam habebimus ratam, eandemque suaprema Nostra auctoritate sanciemus. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Martii anno MCMXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

**Dilecto filio  
Henrico Valtorta,**

Alumno Institutii Mediolanensis pro Missionibus  
ad coelestas gentes.



*L. Card. Gasparri  
Secretarius Apostolicus*

*D*